



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Optimus Magister ad meditationem preces accomoda[n]di.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

temptatione miscendæ, atq; ex præcepto Domini nūquam ab oratione cessandi. Editum etiam memorauimus precationū ab eo libellum summe laudatum.

Ceterū, si cui cordi est, vt esse omnibus debet, precandi Numinis studium, me autorelegat, quas hic apud homines iuxtaq; apud Cælites magnus Orator preces adnotauit cum Euāgelij meditatione toto anno iungendas, præclaris illis duobus Meditationum Tomis. Inde comperiet quā ampla, quamq; ingeniosa sit pietas: quantam supellecīlem comparare sibi humanarum necessitatum possit, quas apud Deum pro temporū opportunitate agat, vt, siue ad excitandam in se misericordiam, aliosq; pios affectus, siue ad concipiēda vota nunquam non adsit locuples instrumentum. Debent ei profecto multum hoc nomine sacra omnia Precatorū gymnasia. Namque meditationes cum haud pauci satis cōmode explicarint; quas coniungere cum iis preces oporteret, vnu omnium, quod equidem norim, ipse singillatim admonuit; singulisq; diebus Dominicis, & sanctorum feriis prudentissime, & religiosissime exequutus est.

*Optimus Magister ad meditationem preces accommodandis.*

Illud

